461

subnumeraverit debebit, et illius summae solutionem et vadia in summa capitali reddent et ceperint, ac easdem solvebunt, quam diu summa vadii una cum vadiis computationis obtenta indicio eius computationi dierum et temporum totaliter et plenarie persoluta fuerit. Consiliominus praefatus Casparus Maczeiowski se et suos successores super omnibus bonis suis obligat et inscribit, praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria Premisliensia ante evocationem huius anni transferre transportareque, similiterque vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere sub vadio summae essentialis quadringentorum decem novem florenorum et quatuor decem grossorum pecuniae monetae polonicalis. Pro quibus quidem summis tam essentiali quam vadiali accessoriis et vadio summam essentialem vertatur praesentis inscriptionis in obligatione descripto vadio, summisque pecuniariis omnibus coniunctim sive divisim idem Casparus Maczeiowski se praefato Jacobo Damanski et eius posteris ad iudicium seu officium praesens castrense capitaneale Premisliensis citari permiserit, praesens castrense capitaneale Premisliense citari permiserit, ex tum a terris palatinatibus districtibus iuribusque suis quibusvis propriis ac foro competenti recedendo, coram eodem iudicio seu officio, cui se ad quod sicut citabitur, actus iudiciis respectu cum iuribus bonisque suis omnibus subiicit in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere, ac pro praefatis summis omnibus modo praemisso vertatur eandem inscriptionis accessoriis et vadium comportatis et adiunctis in parata pecunia in termino praefixo in toto a iudicio seu officio non recedendo sub aliis poenitentibus et processibus vadiis usque summis accessoriis recuperandis satisfacere, ac easque summas omnes computatas et computandas coadiunctasque, prout eorum termino in instanti exponere et numerare, adiudicatumque praetendebatur et illius posteri tenebuntur, prout iam ex nunc se suosque successores de bonis suis omnibus submisit et submittit, nullum terminum crastinum praemissorum vere vel simpliciter infirmitatibus, actionibus pro maioribus, legis et decretis regalibus statutis et constitutionibus quibusvis novis vel veteribus laudatis et laudandis, bellicis colloquiis, conventionibus generalibus vel particularibus, expeditionibus bellicis, servitio militari et reipublicae, sine sacra regia maiestatis, legationibus intra et extra regnum, curationibus de terra et dictu, alienis a regno, ac aliis omnibus legalibus impedimentis non differendo nec prolongando, aliisque se excipiendo, ad quietationem mortificationemque inscriptionis praesentis citationem sibi non petendo, appellationes cum motionibus earumque prorogationibus a iudicio seu officio nullas faciendo. Poena tenorum maniorum et triplici poena vadium seu vadia praenominata non evadendo, simul cum cautionibus omnibus iuris remediis, evasionibus, praescriptionibus, suspensionibus ac aliis omnibus generaliter attentatis abrenuntiando. Et nil sibi penitus in auxilium contra inscriptionem praesentem veniens, defectum excipiendo, sub sexorumque sanctorum sub amissione totius

causae. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Berezanski arendat Terlieczky

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus nobilis Simeon Berezanski mente et corpore sanus existens, foro suo quovis proprio omisso, publice recognovit, a magnifico nobili Ziesno Terleczki et eius successoribus bona tenuta sua, quae habet ab ipso Ziesno et Fedko Terleczki parente ipsius in bonis Ceclo (?), Laborow et Boszoski in summa mille florenorum per acta praesentia inscripta, cum omni iure dominio proprietate, cum omnibus utilitatibus nil excipiendo seu ad facultati ac cum omnibus utilitatibus ad proxime venturum pro summa certa sancta Agnetis virginis proxime venturum pro summa certa pecuniaria iam ab ipso percepta, de qua praesentem eundem quietat, arendavit et in arendam inscripsit, dat et admittit eidem arendatori in bona praefata intromissionem cum actuali et pacifica possessione per ministerialem terrae quemcumque. Et vicissim praefatus Ziesno Terleczki coram officio et actis praefatis praesentibus stans foro suo quovis proprio omisso publice recognovit, quia bona praefata sibi modo praemisso arendata nec alio iure, nisi vigore praesentis arendae, ad decursum supradicti temporis tenebit, habebit et possidebit, illaque utifruetur. Post expirationem vero arendae praefatae bona eadem libere dimittet vel dimittent, in qua praefatus Berezanski non vi aut potestati violentiam faciet, cui in quietem quietabit et nulla per se violentiam faciet. Cui in quietum praefatus Terleczki cum suis successoribus contradicere non debebit sub vadio in originali inscriptionum contento.

Kormanieczki tti Taranowski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus generosus Joannes Kormanieczki olim generosi Andreae Kormanieczki filius in Bibtiege (?) haeres, mente et corpore sanus existens, a terris districtibus iuribusque suis quibusvis propriis ac foro competenti recedendo, praesentis iurisdictioni se subiciens arbitrio castrensi Premisliensi iurisdictioni, se subiciens arbitrio, nam ad actum effectumque totius inscriptionis praesentis attinet, incorporando et subiciendo, publice per expressum sumque recognovit, a magnifico generoso Andrea Taranowski de Taranowicze et eius legittimis successoribus summam ducentorum et nonaginta florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis certi veri et liquidi debiti sive mutuatae percepisse et tenetur, praesensque se et suos successores super omnibus bonis suis obligat et inscribit, sibi pro primis et proximis terminis terrestribus Premisliensibus, sive actorum eorumque, post nad (?) primum, quod forum primum et proximum, praemissorum post coronationem regis Poloniae celebrabitur, dare solvere exponere libereque circa acta praesentia castrensia Premisliensia exponere et relinquere in eodem ab officio efficaciter, in effectum vero solutionis et expositionis summae praefatae, pro tempore superdescripto, ex tum tenebitur praefatus Joannes Kormanieczki aut eius successores tenebuntur, quos eorum super omnibus bonis suis obligat et inscribit, eidem Andreae Taranowski vel